

*Rektor und Universität zu Köln an NvK. Sie beklagen sich über den apostolischen Kollektor Johann Zeuwelgin, der von den Universitätsmitgliedern in rechtswidriger Weise die Zahlung von Annaten-geldern erpresse. NvK solle auf den Papst einwirken, die Sache untersuchen zu lassen.*

Kopie (gleichzeitig): KÖLN, Historisches Archiv der Stadt, Universität A 26 (U II 59) f. 100<sup>ro</sup>.<sup>1</sup>)

Regest: H. Keusen, Regesten und Auszüge zur Geschichte der Universität Köln, in: Mitteilungen aus dem Stadtarchiv von Köln 36/37 (1918) 1-546, hier 157 Nr. 1249.

Erw.: J. Bianco, Die alte Universität Köln und die späteren Gelehrten-Schulen dieser Stadt nach archivarischen und anderen Quellen, Bd. I, Köln 1855, 221f.; Meuthen, Die letzten Jahre 63, 210 Anm. 4.

Rev<sup>mo</sup> in Christo patri et domino, domino Nicolao miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sancte Romane ecclesie presbitero cardinali dignissimo, domino nostro graciosissimo.

Devotissima recommendacione cum omnis servicii promptitudine premissa. Pater rev<sup>me</sup>. Vos profecto, quem iure totus orbis inter primos habet patres omni affectu observare pariter et prosequi debemus officio eoque confidencius ad vestrum recurrere presidum censuimus, quo natalis soli dulcetidine, carne et sangwine iubentibus vos nostras ad exaudiendas preces alicere speravimus, quem et negocii nostri qualitatem et beneficiorum Coloniensium ecclesiarum exilitatem plus quam calamo possimus exarare aut edocere scimus non latere.

Verum pater et domine summe colende, nostre universitatis supposita vigore gracie sancte sedis apostolice dudum eidem universitati concesse cum onere lecture beneficia per dominum Johannem Zeuwelgin<sup>2)</sup>, prepositum ecclesie sancti Andree Coloniensis, camere apostolice in diocesi Coloniensi collectorem super fructuum camere apostolice annatarum nomine solvendorum exaccione, indebita multipliciter fuerunt et sunt gravata ac in dies gravantur, eo quod modum in colligendo excessit et cottidie excedit excepciones legitimas in iure ac concordatis nationis Germanice<sup>3)</sup> et cancellarie apostolice regulis<sup>4)</sup> fundatas reiecit concordataque et regulas cancellarie predictas admittere recusavit et recusat, sicque a pluribus universitatis nostre predice suppositis metu censurarum, quas auctoritate officii collectorie protulit, cum comminacionibus indebitum tamquam debitum exigit et extorsit, prout exigere et extorquere nondum desiit, quinymmo prosequitur, et nisi suis obtemperent mandatis, eos ad Romanam curiam remittere comminatus est et comminatur. Cum itaque nimis onerosum, sumptuosum et tediosum foret viros scientificos, per quos fides gignitur, nutritur et robatur, litium anfractus extra universitatem et presertim in Romana curia fovere, quod in destructionem, deficienciam et suppressionem studiorum generalium per sedem apostolicam institutorum et erectorum non modicum cederet, sed et detrimentum scolaribus prestaret, preterea, pater optime, omni veneracione dignissime, humiles nostre preces in altum fuse vestre benignitatis aures excitant et inclinent, ut vestris piis precatibus et intervencionibus apud sanctissimum dominum nostrum piorum piissimum universitatem et virorum litteratorum benivolentissimum amittere unum prelatum aut plures nostris in laribus iudices, qui merita cause huiusmodi diligenter examinant, inquirant, audiānt, cognoscant, terminent et decidant ac indebitum iam exactum restitu faciant cum singulis aliis necessariis et in iusticia oportunis, attentis, concordatis et cancellarie predictorum regulis obtinere valeamus, cum non sit intencionis nostre, ut quisquam beneficiatorum, cuius prebende valor excedat taxam concordatorum aut regularum cancellarie in aliquo, ab annatarum solucione sit immunis.<sup>5)</sup>

Ceterum describere labimur vestre celsitudini, et si non quidem digne pro modo tamen unum utrumque congruum rependemus honorem et qui pium patrem se nobis ostendat filialibus prosequimur obsequiis totisque amplectemur affectibus et, quoad vixerimus, vestri memoriam in nostris faciemus oracionibus, que utinam apud patrem misericordiarum et deum tocius consolacionis dignum aliquid saluti vestre afferant ipsum supplices precamur, quem virgo puerpera suo gestavit alvo Jhesum, qui vestram paternitatem graciosissimam post transitum huius vite suas in lucidissimas constitutat mansiones. Valeat vestra paternitas nobis gratissima votive per longissima tempora nobis et iubendo et imperando. Ex felici Colonia anno domini millesimo quadragesimo sexagesimo die nona mensis septembries.

V.r.p.

humiles oratores, rector et universitas studii Coloniensis 40

<sup>3</sup> Pater: em. patrem.

<sup>1)</sup> *Briefregister der Kölner Universität, 1441-1478; Abschrift vom Ende des 15. Jh. Es folgt f. 100<sup>v</sup>-101<sup>r</sup> ein Schreiben an den päpstlichen Kubikular Gisbert de Venrode, Kanoniker zu St. Salvator in Utrecht, in der gleichen Sache. Regest: Keussen, Regesten und Auszüge 157 Nr. 1250. Vgl. auch ebd. Nr. 1252f.*

<sup>2)</sup> *Johann Zeuwelgin aus Zülpich († vor 1471), lic. in leg., 1443-1469 Propst des Kollegiatstifts St. Andreas zu Köln. Er war 1455 Kölner Gesandter auf dem Reichstag von Wiener Neustadt; s. Schuchard, Die päpstlichen Kollektoren 216; K. Miltitzer, Kölner Geistliche im Mittelalter. Bd. 1: Männer (Mitteilungen aus dem Stadtarchiv von Köln 91), Köln 2003, 708, 798; Annas, RTA XIX 3, 354 Anm. 11.*

<sup>3)</sup> *Im Wiener Konkordat von 1448 war festgelegt worden, dass für Benefizien, deren Jahreseinkünfte 24 fl. nicht übersteigen, keine Annaten zu entrichten seien. S. K. Brandi (Hg.), Urkunden und Akten für rechtsgeschichtliche und diplomatische Vorlesungen und Übungen, Berlin/Leipzig 1932, 105-109, hier 109. Vgl. Schuchard, Die päpstlichen Kollektoren 101; J. Helmuth, Das Reich, seine Fürsten und das Basler Konzil, in: ders., Wege der Konzilsforschung 269-301, hier 297.*

<sup>4)</sup> *Die Bulle „Ad sacram Petri sedem“ Nikolaus' V. vom 19. März 1448, aufgenommen in die päpstlichen Kanzleiregeln; ed. Chmel, Regesta chronologico-diplomatica XCIV-XCVI, hier XCV. Vgl. auch die ungedruckt gebliebene Edition von Andreas Meyer, <<https://www.uni-marburg.de/de/fbo6/mag/institut/prof-dr-andreas-meyer/kanzleiregeldateien/nikolaus.pdf>> 115-125 Nr. 195, hier 123.*

<sup>5)</sup> *Am 27. Mai 1461 bat die Kölner Universität NvK nochmals um Beistand in der Sache und übersandte Beweismaterial; s. Keussen, Regesten und Auszüge 159 Nr. 1262. Am 1. Juni 1462 stellte daraufhin der apostolische Kammerthesaurar Guilforte de' Buonconti klar, dass von den Pfründen der Universitätsangehörigen, deren jährliche Einkünfte 24 livres tournois nicht übersteigen, keine Annaten zu erheben sind und befahl dem Kölner Kollektor Johannes Zeuwelgin, zu Unrecht erhobene Beträge zu erstatten. Druck: Iura Et Privilegia Præcipua Universitatis Generalis Studii Coloniensis, Köln 1707, p. 100f. Vgl. Schuchard, Die päpstlichen Kollektoren 101 Anm. 544.*